CUCA
R66h·1507

McGILL
UNIVERSITY
LIBRARY

306439 1936

Nov. 18

Atkinson

J. R. Redpath

Dmine labia mea aperies.
et os meum annunciabit

Hic incipiũt figure noui testamẽti s.apocalipsis bti iohãnis apli.

laudem tuam. Deus in adiutoriũ meum intende Domine ad adiuuã dum me festina Gloria patri ⁊ filio et spirituisancto. Sicut erat in prin cipio et nunc et semper:⁊ in secula se culorũ. Amẽ. Alleluya. Nota q̃ al leluya dicit̃ a pascha vsq; ad septua gesimã. Et a septuagesima vsq; ad pascha dicitur. Laus tibi domine rex eterne glorie. Inuitatorium. Aue maria gratia plena. Dñs tecũ. Aue maria gratia plena dñs tecũ. ℣. Ve nite exultemus domino iu bilem⁹ deo salutari nostro pre occupemus faciẽ eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Aue ma ria. Quoniã deus magnus domin⁹ et rex magnus super omẽs deos quo niã non repellet dominus plebẽ suã quia in manu eius sunt omẽs fines terre:et altitudines montiũ ipse con

Propter ineffabile euãgelizandi consortiũ exilio relegatus est beatus iohãnes.

ſpicit. Dñs tecū. quoniā ipſius eſt
mare et ipſe fecit illud ⁊ aridā funda
uerunt manus eiꝰ: Venite adoremus
et procidamus ante deū ploremus co
ram domīo qui fecit nos quia ipe eſt
dominus deꝰ noſter: nos autē popu=
lus eius ⁊ oues paſcue eius. Aue ma
ria gratia plena dñs te. odie ſi vo
cem eius audieritis nolite obdurare
corda veſtra ſicut in exacerbatiōe ſe=
cundum diem tentationis in deſerto
vbi tentauerūt me patres veſtri pro=
bauerunt ⁊ viderūt opera mea. Dñs
tecū. quadraginta annis proximus
fui generationi huic et dixi ſemp hi
errāt corde: ipſi vero nō cognouerunt
vias meas: quibꝰ iurauī in ira mea
ſi introibūt in requiē meā. Aue ma=
ria gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſā=
cto ſicut erat in principio et nunc ⁊
ſemper: et in ſecula ſeculorū. Amen.

Vidi de manu ve
ſtra ascendere hō=
tē capitā lepre ⁊
cornua decem.

habet in manu ſua ſeptē ſtellas
vide cetera. Cū
barsladē.

306439

Dominus tecū. Aue maria gratia plena dñs tecum. ℣ Hymnus.

Dem terra/ ponthus/ ethera/ colunt/adorant/predicant trinam regentem machinam claustrū marie baiulat ui luna/sol/ et oīa deseruiunt per tempora perfusa celi gratia gestant puelle viscera. Beata mater munere cuius supernus artifex mundū pugillo cōtinens ventris sub archa clausus est Beata celi nuncio fecunda sanctospiritu desponsatus gētibus cuius per aluum fusus est Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sanctospiritu in sempiterna secula. Amen.

℟ Isti tres psalmi sequētes cū suis antiphonis dicūtur die dñica ⁊ mercurii. ān. Benedicta tu. ℣ ps. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa

Vidi septē cādelabra aurea et in medio similē filio hois. ap. i.

Cum ibissē cū reliq̄s antepsalmo tuus. ap. i.

terra. ℣ uoniam eleuata est magnificentia tua: super celos. ℣ ex ore infantium et lactẽtium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorẽ. ℣ uoniã videbo celos tuos opera digitorũ tuorũ lunã ⁊ ſtellas que tu fundaſti ℣ uid est homo q̃ memor es eius aut filius hominis quoniã viſitas eũ ℣ inuiſti eum paulominus ab angelis gloria et honore coronaſti eũ: et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ ℣ omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues et boues vniuerſas: inſuper et pecora campi ℣ olucres celi ⁊ piſces maris: qui perambulãt ſemitas maris. ℣ omine dñs noſter: q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuerſa terra ℣ loria patri. ãn. Benedicta tu in mulieribus et benedict⁹ fructus ventris tui. ãn. Sicut mirra. ℣ ps.

Ecce agnũ stãtẽ tãq̃ occiſum hñtẽ cornua ſeptẽ ⁊ oculos. ⁊c

Celũ recessit si cum liberis suis q̃ eis mõstrauisse de locis suis

Unc̃ ô senioribꝰ dixit michi ne fleueris ecce vicit leo. Ap. iiij.

Eli enarrant gloriam dei: et opera manuũ eius annũciat firmamẽtum ies diei eructat verbum: et noy nocti indicat scientiam. on sunt loquele neqz sermones: quorum nõ audiantur voces eorum. n omnem terrã exiuit sonus eoz et in fines orbis terre verba eorum. n sole posuit tabernaculum suũ: et ipse tanq̃ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. xultauit vt gygas ad currẽdam viam: a sũmo celo egressio eius. t occursus eiꝰ vsqz ad sũmũ eius: nec est qui se abscondat a calore eius. ex dñi immaculata conuertens animas: testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis usticie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidũ illuminans oculos imor domini sanctus permanet in seculum seculi: iu-

Pro patribus tuis nati sunt tibi fi=
lii constitues eos principes super om
nem terram. Memores erunt nomi
nis tui dominetin omni generatione
et generationem. Propterea popu=
li confitebuntur tibi ineternum: et in
seculum seculi. Gloria. ān. Specie
tua et pulchritudine tua intēde pspe
re procede et regna. ā. Adiuuabit. ps.
Deus noster refugiū et virtus:
adiutor in tribulatiōibus que
inuenerūt nos nimis Propterea nō
timebimus dum turbabitur terra: et
transferentur montes in cor maris.
Conuerunt et turbate sunt aque eo
rum conturbati sunt montes in for=
titudine eius. Fluminis impetus
letificat ciuitatem dei: sanctificauit
tabernaculum suū altissimus. De=
us in medio eius nō commouebitur:
adiuuabit eam deus mane diluculo

Vidi q̄tuor āge
los stātes sup q̄
tuor āgulos ter
re Apo. vij.

Nolite nocere
terre et mari ne
q̄ arboribꝰq̄ ad
vsq̄ signe. nº. ꝛc

Vidi septē ãgelos stãtes in cõspectu dei ⁊ data sũt illis. ⁊c.

Facta ẽ grãdor ignis mixta sanguine ⁊ tertia ps terre cõbusta ẽ.

Conturbate sunt gentes ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Venite et videte opera dñi: q̃ posuit prodigia super terram auferẽs bella vsq; ad finem terre. Arcum cõteret et confringet arma: et scuta cõburet igni. Vacate et videte quoniam ego sum de⁹: exaltabor in gentib⁹ et exaltabor in terra Dominus virtutũ nobiscum: susceptor noster deus iacob. Gloria. ãn. Adiuuabit eã deus vultu suo deus in medio eius non cõmouebitur. ãn. Sicut letantiũ. ℣ ps. Fundamenta eius in mõtibus sanctis: diligit dñs portas spõ super oĩa tabernacula iacob Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab et babilonis: scientium mee. Ecce alienigene et tyrus et po-

pulus ethyopū:hi fuerunt illic Q ū
quid ſpon dicet homo et homo natus
eſt in ea:⁊ ipſe fundauit eā altiſſim⁹
Dominus narrabit in ſcripturis po
pulorum: et principum horū qui fue=
runt in ea Sicut letantiū omnium
habitatio eſt in te Gloria.ān. Sicut
letantium omnium noſtrum habita
tio eſt in te ſancta dei genitrix.℣. Ad
iuuabit eā deus vultu ſuo.℟. Deus
in medio eius non commouebitur.

¶ Nota q̄ iſti tres pſalmi ſequentes
cū ſuis antiphonis/dicūtur die mar=
tis/⁊ die veneris/ad matutinas.ān.
Gaude maria. Pſalmus.

Cantate dño canticum nouum
cantate dño omnis terra ā
tate domino et benedicite nomini ei⁹
annūciate de die in diē ſalutare eius
Annunciate inter gentes gloriam
eius: in oībus populis mirabilia ei⁹

Quart⁹ āgel⁹ tu
bacecinit ⁊ pcuſ
ſa eſt tertia ps
ſolis⁊ lūe ap.8

Sexs āgel⁹ tuba
cecinit et tertia
ps hominum inte
rijt. Apo. viij.

Quoniam magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium demonia: dñs autē celos fecit. Confessio ⁊ pulcritudo in cōspectu eius: sanctimonia ⁊ magnificētia in sanctificatione eius Afferte dño patrie gentium afferte dño gloriā ⁊ honorē: afferte dño gloriā nomini eius Tollite hostias ⁊ introite ī atria eiꝰ adorate dñm in atrio sācto eius. Cō moueatur a facie eius vniuersa terra dicite in gentibus quia dñs regnauit Etenim correxit orbem terre qui nō commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letētur celi et exultet terra commoueat mare et plenitudo eiꝰ gaudebūt campi ⁊ oīa que in eis sūt. Tūc exultabūt oīa ligna siluarū a facie dñi quia venit: quoniā venit iudicare terram Iudicabit orbem ter

vidi eōs inuisionēr sedētes supeos habebāt lo ricas igneas.

Soluti sūt ītu or angeli vt occiderēt tertiā ptē hoim. Ap.

re in equitate:et populos in ueritate
sua. Gloria patri.ā.Gaude maria
Virgo cunctas hereses sola interemi
sti in vniuerso mundo.ān. Dignare
me. Psalmus.

Dominus regnauit exultet ter
ra:letentur insule multe. Nu
bes et caligo in circuitu eius: iusticia
et iudiciū correctio sedis eiꝰ. Ignis
ante ipsum precedet: ⁊ inflammabit
in circuitu inimicos eius. Illuxe-
runt fulgura eius orbi terre: Vidit et
commota est terra. Montes sicut ce-
ra fluxerunt a facie domini: a facie
domini omnis terra. Annunciaue-
runt celi iusticiam eius: et Viderunt
omnes populi gloriam eius. Con-
fundantur omnes qui adorant scul-
ptilia: et qui gloriantur in simula-
cris suis. Adorate eum omnes
angeli eius:audiuit et letata est syō.

Aptū est tēplū
dei in celo⁊ visa
est archa testa-
mēti eiꝰ.ap.xi.

Siona ā locuta
sūt septem ton-
trua et nōli ea
scribere.Ap.x.

vidi ãgelũ hñtẽ in manu sua libellũ aptũ ap.x

vade accipe librum de manu stãtis supra mare & supra ter.

Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua dñe uoniã tu dominꝰ altissimus super omnẽ terrã: nimis exaltatus es sup omnes deos Qui diligitis dominum odite malum/ custodit dñs animas sanctorũ suorum de manu peccatoris liberauit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde letitia Letamini iusti in dño: et confitemini memorie sanctificationis eiꝰ Gloria patri. ãn. Dignare me laudare te Virgo sacrata da michi Virtutem contra hostes tuos. ãn. Post partum.

Psalmus.

Cantate dño canticum nouum quia mirabilia fecit Saluauit sibi dextera eius: et brachiũ sanctum eius Notum fecit dñs salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiã suam Recordatus est misericordie sue: & vitatis sue domui

israel Viderunt omnes termini ter
re:salutare dei nostri. Jubilate deo
omnis terra:cãtate ⁊ exultate ⁊ psal
lite. Psallite dño in cythara in cy=
thara et Voce psalmi:in tubis ductili
bus et Voce tube cornee Jubilate in
conspectu regis domini / moueatur
mare et plenitudo eius: orbis terra=
rum et qui habitant in eo. Flumi=
na plaudẽt manu simul montes ex
ultabunt a conspectu dñi: quoniam
Venit iudicare terram Judicabit or
bem terrarum in iusticia et populos
in equitate. Gloria patri. ãn. Post
partum Virgo inuiolata permãsisti
dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Elegit eã deus ⁊ preelegit eã. ℟. Et in tabernaculo suo habitare facit eã Pater noster. Et ne nos. Sed libera Jube domine benedicere. Benedi=
ctio. Alma ꝓgo Virginũ intercedat

Nũc facta ẽ sa=
lus: ℣t⁹ ⁊ regnũ
dñi nostri ⁊ ptãs
xpi ei⁹. Ap. xij

Rapt⁹ ẽ filiꝰ ei⁹
ad deũ ⁊ ad thro
num eius. Apo.
xij.

mulier amicta sole & luna sub pedibus eius. Apo. xij.

Draco stetit ante mulierē q̄ pariturā erat ap. xij

pro nobis ad dñm. Amē. Lectio. i.

Sancta maria virgo virginum mater et filia regis regū oim tuū nobis ipende solatiū: vt celestis regni per te mereamur habere p̄miū et cū electis dei regnare imperpetuū Tu autē dñe miserere nostri. Deo gratias. ℟. Sancta & imaculata virginitas quib⁹ te laudibus efferā nescio. Quia quem celi capere nō poterant tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui. Quia quē. Jube dñe benedicere. Diet voce pia pro nobis virgo maria. Amē. Lectio. ii.

Sancta maria piarū piissima/ intercede pro nobis sāctarum sāctissima: vt per te virgo sumat nostra precamina: qui p̄ nobis ex te natus regnat sup ethera: vt sua caritate nostra deleāt peccamia. Tu aūt.

℟. Beata es virgo maria que dñm portasti creatorē mūdi Genuisti qui te fecit et ineternū permanes virgo. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecū Genuisti. Jube dñe benedicere. Ab hoste maligno eripiat nos dei genitrix virgo. Amen. Lectio. iii.

Ancta dei genitrix que digne meruisti cōcipere quē totꝰ orbis nequiuit cōprehendere: tuo pio interuētu culpas nostras ablue: vt pennis sedē glorie per te redempti valeamus scādere: vbi manes cū filio tuo sine tempore. Tu autē. ℟. Felix nā qz sacra virgo maria et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. ℣ꝰ. Ora pro populo interueni pro clero/intercede p deuoto femineo sexu: sentiāt omnes tuū leuamē quicūqz celebrāt tuā cōmemorationē. Quia ex te. ꝛc.

Persecutus ē draco mulierē q̄ peperit masculū. Apo. xuij.

Misit serpens ex ore suo post mulierē aquas tāq̄ flumē. ꝛc.

Vidi sedentē sup nubē habētē in manu sua falcē acutū .ap. xiiij.

Gloria patri. Christus deus noster.

Canticū sctōz ambrosii ⁊ augustini

E deū laudamus: te dñm confitemur. e eternū patrē: oīs terra ueneraf. tibi oēs angeli: tibi celi ⁊ uniuerse potestates. tibi cherubin et seraphin: incessabili uoce ꝓclamāt. sanctus sanctus sanctꝰ dñs deus sabaoth. leni sunt celi et terra: maiestat⁹ glorie tue. e glorios⁹ apostolorꝫ chorus. e ꝓphetarū laudabilis numerus. e martyrū candidat⁹: laudat exercitus. e per orbē terrarū: sancta confitetur eccle-sia. patrē immēse maiestatis. e nerandum tuū uerū: ⁊ unicū filium sanctū quoqz: paraclytū spiritum u rex glorie christe. u patris sē-piternꝰ es filius. u ad liberandū susceptur⁹ hominē: non horruisti uir ginis uterū. u deuicto mortis acu-



Si quis autē uerū bellum uult ꝓbare cōpugnatorē

dum me festina. Gloria patri et fi-
lio. ꝛc. ān. Sctā dei genitrix. ℘s.
Dominus regnauit decorē in-
dutus est: indutus est dñs for-
titudinē et precinxit se tenim fir
mauit orbem terre: qui non cōmoue-
bitur. Parata sedes tua deꝰ extunc
a seculo tu es. leuauerūt flumia
dñe: eleuauerūt flumina vocē suam
leuauerūt flumina fluctus suos
a vocibus aquarum multarū ira
biles elationes maris: mirabilis in
altis dominus testimonia tua cre
dibilia facta sunt nimis: domū tuā
decet sanctitudo dñe in longitudinē
dierum. Gloria patri. ℘s.
Vbilate deo omnis terra: ser-
uite dño in leticia. Introite
in ꝯspectu eiꝰ: in exultatiōe citote
quoniā dñs ipse est deꝰ: ipse fecit nos
et nō ipsi nos. Populus eiꝰ et oues

adorauerūt de
um sedētē sup
thronū dicēte
amē ꝙ alla. ꝛc.

In cōspectu a-
gni amicti stolis
albis et palme in
manibꝰ eoꝝ. ꝛc

Sustulit vn⁹ an=
gelus fortis la=
pidē q̄si molarē
magnū. ap. xvij.

Exercitus q̄ sūt
in celo sequeb̄
tur eū in equis
albis. Apo. xix.

pascue eius ītroite portas eius in cō=
fessione: atria eius in hymnis confi=
temini illi ℟ audate nomen ei⁹ quo
niam suauis est dñs ineternum mi=
sericordia eius: ℣ usq; in generatione
et generationem veritas eius. ℣ glo
ria patri. ℟ Psalmus.

℣ Deus de⁹ meus: ad te de luce vi=
gilo. ℟ sitiuit in te anima mea
q̄multipliciter tibi caro mea ℣ in ter
ra deserta inuia et inaquosa sic in sā
cto apparui tibi: vt viderem virtutē
tuam et gloriam tuam. ℟ quoniam
melior est misericordia tua super vi=
tas: labia mea laudabunt te. ℣ ic
benedicam te in vita mea: et in nomi
ne tuo leuabo manus meas. ℟ sicut
adipe ⁊ pinguedine repleatur anima
mea: et labiis exultationis laudabit
os meum. ℣ ic memor fui tui super
stratum meum ī matutinis medita=

bor in te: qr fuisti adiutor meus. Et
in velamento alarum tuarum exul
tabo adhesit anima mea post te: me
suscepit dextera tua. Ipsi vero inua
num quesierunt animam meam in=
troibunt in inferiora terre: tradētur
in manus gladii partes vulpiū erūt.
Rex vero letabitur in deo laudabū=
tur omnes qui iurant in eo: quia ob=
structum est os loquentiū iniqua.

Deus misereatur nostri & benedi
cat nobis: illuminet vultū suū
super nos & misereatur nostri. Et co
gnoscamus in terra viam tuā in om
nibus gentibus salutare tuum. Cō
fiteantur tibi populi deus: confiteā
tur tibi populi omnes. Letentur et
exultent gētes quoniam iudicas po
pulos in equitate: & gētes in terra di
rigis. Confiteantur tibi populi de⁹
cōfiteantur tibi populi omēs: terra

vidi mulierē se
dentē sup bestiā
coccinā plena
nomib⁹ blasphe.

Ostendit michi ciuitatē sācta hierusalē descē dētē de celo. ꝛc.

Apīs hēdit draconē serpentem antiquū q̄ē diabolus vt satha.

dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus ⁊ metuāt eū oēs fines terre. Gloria.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera dñi domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino Benedicite aque omnes que sup celos sūt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol ⁊ luna domino: benedicite stelle celi domino Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino Benedicite ignis ⁊ estus domino: benedicite frigus et estas domino. Benedicite rores ⁊ pruina domino: benedicite gelu et frigus domino. Benedicite glacies et nives domino: benedicite noctes ⁊ dies domīo Benedicite lux et tenebre dño: bene

nate. Reges terre et omnes populi principes et omnes iudices terre. Iuuenes et virgines senes cū iunioribꝰ laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui Hymnus omnibus sanctis eius filiis israel populo appropinquanti sibi.

Cantate domino canticum nouū: laus eius in ecclesia sāctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultēt in rege suo Laudent nomen eiꝰ in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.

Cōcepit anna et peperit filiam et adduxit eam.

ad domum domini in silo. i. reg. primo.

Qualiter opera batur maria arte textoria. ꝛc.

Cū esset despon sata mater iesu maria ioseph.



d faciendam vindictam in nationibus:increpationes in populis d alligādos reges eorū in cōpedibus: ꝛ nobiles eorū in manicis ferreis. t faciāt in eis iudiciū conscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eius.

Laudate dñm in sanctis ei9:laudate eum in firmamento virtutis eius. laudate eū in virtutibus eius:laudate eum secundū multitudinem magnitudinis eius. laudate eū in sono tube: laudate eū in psalterio ꝛ cythara. laudate eū in tympano et choro:laudate eū in cordis et organo laudate eum in cymbalis benesonātibus/laudate eum in cymbalis iubilationis:omnis spirit9 laudet dñm. loria.ān. Sancta dei genitrix virgo semper maria/intercede pro nobis ad dominum deum nostrū

Capitulum.

Eata es ỽgo maria que dñm portasti creatorẽ mundi/genuisti qui te fecit et ineternũ permanes ỽirgo. Deo gratias. Hymn⁹.

Gloriosa domina excelsa supra sydera qui te creauit prouide lactasti sacro ỽbere. Quod euastis abstulit tu reddis almo germine intrent ỽt astra flebiles celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua & porta lucis fulgida ỽitam datã per ỽirginem gentes redempte plaudite aria mater gratie mater miserecordie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de ỽirgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. ỽ⁹. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ineternum. ān. Sancta maria succurre miseris.

Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem gali.

Joseph noli timere accipe mariam in cõiugem

exurgens ioseph a somno accepit coniugem suam

pepit filiū suū primogenitum & pannis eum. &c.

Canticū zacharie.

Benedictus dñs deus israel: qz visitauit et fecit redemptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui Sicut locut⁹ est per os sanctoz: qui a seculo sunt prophetarum eius Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos Ad faciēdam misericordiam cū patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurādum quod iurauit ad abraham patrem nostrum: daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iusticia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius Ad dandā sciētiā salutis plebi ei⁹: i remissionē

peccatorum eorum ℣. Viscera misericordie dei nostri: in quibus ℣isitauit nos oriens ex alto ℟. Illuminare his qui in tenebris et in ℣mbra mortis sedẽt: ad dirigẽdos pedes nostros in ℣iam pacis. ℣. Gloria patri. ꝛc. ãn.

Sancta maria succurre miseris/ iuua pusillanimes refoue flebiles. ora pro populo interueni pro clero/ intercede pro deuoto femineo sexu. Dñe exaudi orationẽ meam. Et clamor meus ad te ℣eniat.

Postq̃ consummati fũt dies octo vt circun. ꝛc.

Ubi est d̃n̄s meus et reputabeo/ Vi dum veni fiet ꝛc.

℣. Oremus.

Eus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodẽ spiritu recta sapere: et de eius semper sancta cõsolatione gaudere. ℣. Oratio.

Oncede nos famulos tuos q̃s domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semp℣ginis intercessiõe

a presenti liberari tristicia. ℣. Dñō.

℟. Ecclesiā tuā quesum⁹ dñe benigne illustra: vt beati iohānis apostoli tui et euāgeliste illuminata doctrinis ad dona pueniat sempiterna. Per. Benedicam⁹ dño. Deo grās

Vox in rama. ploratus et vlulatus. ꝛc.

℣. Suffragia singulis diebus post matutinas beate marie dicenda. Et primo. ān. Angel⁹ dñi nūciauit marie ꝛ cōcepit de spūsancto. ℣. Ecce ancilla dñi. Fiat michi secundū verbū tuum.

℟. Oratio.

℟. Etificet adiuuet et liberet nos omnipotēs ꝛ misericors de⁹ angelice annūciationis ꝛ dñice cōceptionis gaudia recolentes: ꝛ pia dei genitrix virgo semper maria in cuius cōmemoratione hec eadē cōmemoram⁹ nūc et in hora mortis nostre in cūctis tentationibus et machinationib⁹ de-

Ipse cōfringet simulacra eoꝝ. de populabitur. ꝛc.

me festina. Gloria patri et filio: et spūisancto Sicut erat. ꝛc. Hymnus

Eni creator spiritus mentes tuorum Visita imple superna gratia que tu creasti pectora Emē-to salutis auctor ꝙ nostri quondam corporis ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege: et hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de Virgine cum patre ꝛ sancto spiritu in sempiterna secula. Amē. Ps.

Eus in nomine tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua iudica me eus exaudi orationē meā: auriß⁹ percipe Verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me ꝛ fortes quesierunt animā meā: ꝛ non proposuerunt deum ante cōspectum suum Ecce enim deus adiuuat me:

Baptizat⁹ autē ihesus cōfestim ascendit de aqua

Et accedens tē. dixit ei. si fil⁹ dei es dic vt lapi. ꝛc.

Ingressus tẽplũ cepit eĳcere vendẽtes ꝛ emen. ꝛc.

Miserere mei fili dauid filia mea male a demo. ꝛc.

ꝛ dñs susceptor est aĩe mee. uerte mala ĩmicis meis: et in ueritate tua dispde illos. olũtarie sacrificabo tibi et confitebor noĩ tuo dñe quoniã bonũ est. uoniã ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus loria. Laudate dñm omnes gẽtes: laudate eum oẽs populi uoniã confirmata est super nos mia eius ꝛ veritas dñi manet ineternũ loria. Confitemini dño quoniam bonus: quoniã in seculũ mia eius. icat nunc israel quoniã bonus: quoniam in seculũ mia eius. icat nunc domus aaron: quoniã in seculũ mia eius icant nunc qui timent dñm quoniam in seculũ mia eius. De tribulatione inuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine dñs. ominus michi adiutor: nõ timebo quid faciat

est/habitaui cum habitãtibus cedar
multũ incola fuit anima mea. ũ
his qui oderunt pacem erã pacificus
cum loquebar illis impugnabãt me
gratis. Gloria. Psalmus.
Leuaui oculos meos in mõtes
Vnde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino:qui fe
cit celum et terram non det in com
motionẽ pedem tuũ:neqz dormitet q̃
custodit te. Ecce nõ dormitabit neqz
dormiet:qui custodit israel. ñs cu
stodit te/dñs protectio tua: super ma
num dexteram tuam et diem sol
non uret te:neqz luna per noctẽ. Do
minus custodit te ab omni malo: cu-
stodiat animam tuã dominus. Do
minus custodiat introitum tuum et
exitum tuum ex hoc nunc et vsqz in
seculum. Gloria patri et filio. si
cut erat. ꝛc. Psalmus.

Et cum intinxisset panem dedit iude symonis sca.

Cõstituerunt ei triginta argenteos et exinde.ꝛc

Ut ergo dixit eis ego sum abierũt retrorsum.&c.

Quẽcũq; oscula tus fuero ipe est tenete eum.

Etatus sum in his q̃ dicta sũt mihi:in domum dñi ibimus. tantes erãt pedes nostri:in atriis tuis hierusalem. ierusalem q̃ edificaturbt ciuitas:cuius participatio eius in id̃ipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi:testimoniũ israel ad cõfitendũ nomini dñi uia illic sederũt sedes in iudicio:sedes super domũ dauid. ogate que ad pacem sunt hierusalem:et abundantia diligẽtibus te. iat pax in virtute tua:& abundantia in turribus tuis. ropter fratres meos et proximos meos: loquebar pacẽ de te. ropter domũ dñi dei nostri; q̃siui bona tibi. loria patri.&c. Capitulum. Eatã me dicent oẽs generationes:q̃ ancillã humilẽ respexit de⁹. Deo gratias. ℟. Post partũ virgo inuiolata pmansisti. ℣. Dei geni

me festina. Gloria patri et filio: et spūisancto Sicut erat. ꝛc. Hymnus

Ēni creator spiritus mentes tuorum Visita imple superna gratia que tu creasti pectora Eme-to salutis auctor ꝙ nostri quondam corporis ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege: et hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de Virgine cum patre ⁊ sancto spiritu in sempiterna secula. Amē. Ps.

Dte leuaui oculos meos: qui habitas ī celis Ecce sicut oculi seruorūm: in manibus dominorꝫ suorum Sicut oculi ancille in manib⁹ domine sue: ita oculi nostri ad dominum deū nostrum donec misereatur nostri Miserere nostri domine miserere nostri: qr multum repleti sum⁹

Quā accusatiōnē affertis aduersus hoiem hunc

apprehendit pylat⁹ ihesū ⁊ flagellauit eū. io. xix.

Uidens pylatus quia nichil proficeret accepta. ꝛc

Et baculās sibi crucē exiuit i eū qui dicitur cal. ꝛ

despectione. Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis. Gloria patri et filio et spiritui sāc̄to sicut erat in principio ⁊ nūc. ⁊c. P̄s.

Nisi quia dominus erat ī nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis cum exurgerent homines in nos: forte vivos deglutissent nos cum iratceretur furor eorū in nos: forsitā aqua absorbuisset nos torrentem pertransiuit anima nostra forsitan pertransisset anima nostra: aquā intolerabilē benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorū anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venāti um laqueus cōtritus est ⁊ nos liberati sumus adiutoriū nostrū in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terrā Gloria patri. ⁊c. Psalmus.

Qui cōfidūt in domino sicut mōs
syon non cōmouebitur ineternū
qui habitat in hierusalem. Montes
in circuitu eius et dominus in circui
tu populi sui: ex hoc nunc ℟ Vsqz in se
culum. ℣ uia non relinquet domi=
nus virgam peccatorum super sortē
iustorum: Vt non extendant iusti ad
iniquitatem manus suas. ℣ enefac
domine bonis et rectis corde. ℣ decli=
nantes autem in obligationes addu
cet dominus cū operantibus iniqui=
tatem: pax super israel ℣ gloria patri
et filio et spiritui sancto ℣ icut erat
in principio. ℟c. Capitulum.
Tradisi porta per euam cunctis
clausa est: et per beatissimā ma=
riam virginem iterum patefacta est
Deo gratias. ℟. Sācta dei genitrix
vgo semp maria. ℣. Intercede pro no
bis ad dñm deū nostrū. Virgo semp.

Crucifixerūt eū et cū eo alios du os hinc et hic. ℟c.

Venit ioseph ab arimathia et tu=lit corpus iesu.

attollite portas principes vestras et eleuamini. ꝛc.

Surrexit non est hic venite ꝛ vide te locū. ꝛc.

Gloria patri. Sācta dei. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionib⁹ christi. Dñe exaudi. Et clamor me⁹. ꝛc. oro.

Sit nobis q̄sum⁹ dñe virtus spiritus sancti/que et corda nostra clemēter expurget: ꝛ ab omnibus tueatur aduersis. Oremus.

Famulorū tuorū q̄sumus dñe delictis ignosce: Ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui dñi nostri iesu christi intercessione saluemur. Per. Dnō

Ecclesiā tuā quesum⁹ dñe benignus illustra: Ut beati iohānis apostoli tui ꝛ euāgeliste illuminata doctrinis ad dona pueniat sempiterna. Per dñm nostrum iesum christū filium tuū. ꝛc. Benedicamus dño. Deo gratias.

Ad nonam.

tatem nostrā: sicut torrens in austro
ui seminat in lachrimis: in exul=
tatione metent. Euntes ibāt & fle=
bant: mitentes semina sua. Ueni=
entes autē venient cū exultatione: por
tantes manipulos suos Gloria pa=
tri et filio. Sicut erat. &c. Ps.
Nisi dns edificauerit domū: in=
uanū laborauerūt qui edificāt
eam Nisi dns custodierit ciuitatem
frustra vigilat qui custodit eā. Ma=
num est vobis ante lucē surgere: sur=
gite postq̄ sederitis qui manducatis
panē doloris. Cum dederit dilectis
suis somnum: ecce hereditas dñi filii
merces fructus ventris Sicut sagit
te in manu potentis: ita filii excusso
rum. Beatus vir qui impleuit de=
siderium suum ex ipsis: nō confun=
detur cum loquetur inimicis suis in
porta Gloria patri. &c. Ps.

Quō apparuit ie
sus ioseph in car
cere existenti

Dum recūberet
cum eis accepit
panē & benedi. &c.

Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.

Uenit ihesus et stetit in medio: et dixit eis pax vobis

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis ei⁹

Labores manuū tuaz quia mādu cabis: beat⁹ es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut abundans: in lateribus domus tue. Filii tui sicut nouelle olivarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacē super israel. Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut erat in principio ⁊c. Ꝯm.

Eliz nanqz es sacra virgo maria ⁊ omni laude dignissima qz ex te ortus est sol iusticie christus deꝰ noster. Deo gratias. ℟. Ora pro nobis sctā dei genitrix. ℣. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Sancta dei. Gloria pa. Ora pro nobis. ℣.

Speciosa facta es et suauis. In deliciis tuis sancta dei genitrix. Domine exaudi orationē. Et cla. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine paraclytus spiritus qui a te procedit illuminet et inducat in omnē sicut tuus promisit filius veritatem. Oratio.

Deus qui virginalem aulam beate marie virgis in qua habitares eligere dignatus es: da nobis quesumus: vt sua nos defēsione munitos iocūdos faciat sue interesse cōmemorationi. Oremus.

Ecclesiam tuam quesumꝰ dñe benignꝰ illustra: vt beati iohānis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sēpiterna. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuum qui tecū. ꝛc. Benedicamus dño. Ad vesperas.

Repleti sunt omnes spiritusācto. Actuū. ij.

Adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius.



Deus in adiutorium meū in
tende. Dñe ad adiuuādum

me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto sicut erat in principio. ac. Regali ex progenie. ps.

Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos: scabellū pedum tuorū virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dñare in medio inimicorum tuorum. tecum principiū in die virtutis tue in splendoribꝰ sanctorum: ex vtero ante luciferū genui te. Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech.

Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibꝰ implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multorū. De torrēte in via bibit: propterea exaltauit caput

Gloria patri et filio: et spiritui sancto sicut erat in principio. ac. ps.

Flie hierusalem nunciate dilecto q3 amore lāgueo

ab oriente adducā semen tuū et ab occidente. ac.

Ueni de libano sponsa mea veni coronaberis

filij matris mee pugnauerunt cō tra me. Cāti. i.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi Sit nomen dñi benedictum: ex hoc nunc et vsq; in seculū Ab solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomen dñi. Excelsus super omnes gentes dominꝰ et super celos gloria eius Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem Et collocet cū cum principibus: cum principibus populi sui: Qui habitare facit sterilē in domo: matrem filiorum letantem Gloria patri et filio. Sicut erat. Ps.

Letatus sum in his q̄ dicta sūt michi: in domum dñi ibimus. Stantes erāt pedes nostri: in atriis tuis hierusalem. Hierusalem q̄ edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascen-

derunt tribus tribus dñi:testimoniū
israel ad cōfitendū nomini dñi Quia
illic sederūt sedes in iudicio:sedes su=
per domū dauid. Rogate que ad pa
cem sunt hierusalem:et abundantia
diligētibus te. Fiat pax in virtute
tua:& abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos
meos: loquebar pacē de te. Propter
domū dñi dei nostri: q̄siui bona tibi.
Gloria patri et filio.&c. ℣ps.
Nisi dñs edificauerit domū:in=
uanū laborauerūt qui edificāt
eam Nisi dñs custodierit ciuitatem
frustra vigilat qui custodit eā. Va=
num est vobis ante lucē surgere:sur=
gite postq̄ sederitis qui manducatis
panē doloris. Cum dederit dilectis
suis somnum:ecce hereditas dñi filii
merces fructus ventris Sicut sagit
te in manu potentis:ita filii excusso

Affligebat eos i=
tantum vt expro
braret. I. reg. I.

Uade in pace de
us israel dabit ti
bi petitionē tuā.

Cõcepit anna et peperit filiam et adduxit eam.

ad domum domini in sylo. i. reg. primo.

rum ⁊ eatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis:nõ confundet cum loquetur inimicis suis in porta ⁊ loria patri et filio. ⁊c. ℣ps.

Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum syõ quoniam confortauit seras portarũ tua rum:benedixit filiis tuis in te qui posuit fines tuos pacem:et adipe frumenti satiat te qui emittit eloquiũ suum terre:velociter currit sermo eius qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerẽ spargit ittit cristallum suam sicut bucellas:ante faciem frigoris eius quis sustinebit. mittet verbũ suũ et liquefaciet ea:flabit spiritus eius ⁊ fluent aque qui annunciat verbum suum iacob:iusticias et iudicia sua israel. non fecit taliter omni nationi:⁊ iudicia sua nõ manifestauit eis. ⁊lo-

ria patri. ān. Regali ex progenie maria exorta refulget/cuius precib⁹ nos adiuuari mente et spiritu deuotissime poscimus. Capitulum

Beata es virgo maria que dñm portasti creatorē mundi/genuisti qui te fecit et inetern̄ permanes virgo. Deo gratias. Hymnus.

De maris stella dei mater alma:atq; semper virgo felix celi porta. Sumens illud aue gabrielis ore:funda nos in pace mutās nomen eue olue vincla reis ꝓfer lumen cecis mala nostra pelle bona cū cta posce. Monstra te esse matrē sumat per te preces qui pro nobis nat⁹ tulit esse tuus virgo singularis inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac et castos. Itam presta puram iter para tutum:Vt videntes iesum semper colletemur.

Qualiter operabatur maria arte textoria. ꝛc.

Cū esset desponsata mater iesu maria ioseph.

Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem gali.

Joseph noli timere accipe mariam in cōiugem

sit laus deo patri sūmo christo decus spiritui sancto trinus honor Vn9 Amen. ℣. Post partū virgo inuiolata permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ān. hec est regina.

Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dñm. et exultauit spiritus me9 in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent omēs generationes Quia fecit michi magna qui potens est: ⁊ sanctū nomē eius et misericordia eius a pgenie in progenies timentibus eū fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mēte cordis sui Deposuit potētes de sede: et exaltauit humiles. esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. suscepit israel puerū suū: recordatus mie sue sicut locutus est

ad patres nostros: abraham ⁊ semini eius in secula gloria. ā. Hec est regina virginū q genuit regē regūm elut rosa decora dei genitrix p quā reperim⁹ deū et hominē alma virgo virginum intercede pro nobis oibus. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor. Orem⁹.

Oncede nos famulos tuos qs dñe deus. ⁊c. ecclesiā tuā. ⁊c. eus qui corda. vt supra. Benedicamus dño. Deo grās. Suffragia ān. Angelus dñi. vt supra. Oratio. Letificet. vt supra. Da pacē. ⁊c. Oro

Eus auctor pacis ⁊ amator ve ritatis quē nosse viuere cui seruire regnare est/ ptege ab oibus impugnatiōibus supplices tuos: vt qui in defensione tua cōfidimus: nulli⁹ hostilitatis arma timeamus. Per dñm nostrum iesum. ⁊c.

Ad completorium.

exurgens ioseph a somno accepit coniugem suam

peperit filiū suū primogenitum ⁊ pannis cum. ⁊c.

Conuerte nos deus salutaris
noster. et auerte iram tuam

a nobis. Deus in adiutorium meū
intende Domine ad adiuuandum.
Gloria patri et filio.ꝛc. ꝑ.

Usquequo dñe obliuisceris me
in finem: Usquequo auertis fa
ciem tuā a me. Quādiu ponā con=
silia in anima mea: dolorem in corde
meo per diē. Usquequo exaltabitur
inimicus meus super me: respice et ex
audi me dñe deus meus Illumina
oculos meos ne unq̄ obdormiam in
morte: nequando dicat inimicus me
us preualui aduersus eum Qui tri=
bulant me exultabunt si motus fue
co: ego autem in misericordia tua spe
raui. Exultabit cor meum in salu=
tari tuo: cātabo domino qui bona tri
buit michi: et psallam nomini domi=
ni altissimi Gloria patri.ꝛc. ꝑ.

Iudica me deus et discerne cau
sam meā de gēte non sancta:

Postq̄ consum=
mati sūt dies o=
cto vt circun. ꝛc.

Ubi est q̄ natus
est rex iudeoꝝ vi
dim⁹ eni stellā. ꝛc



Uox inrania. plo ratus et vlula= tus.ꝛc.

Ipse cõfringet si mulacra eoꝝ de populabitur.ꝛc.

ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deꝰ fortitudo mea quare me repulisti et quare tristis incedo: dũ affligit me inimicus Emitte lucẽ tuã ⁊ Veritatẽ tuã: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctũ tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei:ad deum qui letificat iuuentutẽ meam Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es aĩa mea : et quare conturbas me Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare Vultus mei et deus meus. Gloria patri et filio et spirituisancto.ꝛc. Ꝑs.

Epe expugnauerunt me a iuuentute mea:dicat nũc israel.

epe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: etenim non potuerunt michi

upra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores: prolongauerũt iniquitatẽ suã.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorū:cōfundantur et conuertā=
tur retrorsum omēs qui oderūt ſyon
iāt ſicut fenū tectorū:quod priuſ
q̄ euellatur exaruit e quo nō im=
pleuit manū ſuā qui metet:et ſinum
ſuū qui manipulos colliget et nō
dixerūt qui preteribāt benedictio do=
mini ſup vos:benedixim⁹ vobis in
nomine domini. Gloria patri. ℣.
Dmine nō eſt exaltatum cor
meū:neq; elati ſūt oculi mei.
neq; ambulaui in magnis: neq; i
mirabilibus ſup me ſi non humi=
liter ſentiebā:ſed exaltaui animam
meā. Sicut ablactatus eſt ſup ma=
tre ſua:ita retributio in anima mea.
Speret iſrael in dño:ex hoc nunc &
vſq; in ſeculum. Gloria patri. Hyᵒ
Virgo dei genitrix quem totus
nō capit orbis in tua ſe clauſit

Stupebant aūt oēs ſuper prudē tia et rñſis eius

Nuptie facteſūt in chana galilee ⁊ erat mat er ihū

Baptizat⁹ autē ieſus cōfeſtim aſcendit de aqua

Et accēdens tē. dixit ei. ſi filiꝰ dei es dic vt lapi. ꝛc.

viſcera factus homo ◊ era fides geniti purgauit crimina mundi et tibi virginitas īuiolata manet ◊ e matrem pietatis: opē te clamitat orbis ſubuenias famulis o benedicta tuis ◊ loria magna patri ſemp tibi gloria nate cum ſācto ſpiritu gloria magna patri. Amen. ℣ Capitulum. ℣ Irgo verbo concepit virgo pmanſit: virgo peperit regem omnium regū. Deo gratias. ℣⁹. Benedicta tu iꝝ mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. añ. Salue regina.

℣ Canticum ſymeonis.

℣ Nunc dimittis ſeruum tuum dñe: ſecundū verbū tuū iꝝ pace ◊ uia viderunt oculi mei: ſalutare tuum ◊ uod paraſti: ante faciem omnium populorū. ◊ umen ad reuelationē gentiū: ⁊ gloriā plebis tue

israel Gloria. ān. Salue regina mi
sericordie Vita dulcedo et spes nostra
salue: ad te clamam⁹ exules filii eue:
ad te suspiramus gemētes ⁊ flentes
in hac lachrimarum Valle. Eya ergo
aduocata nostra illos tuos misericor
des oculos ad nos conuerte et iesum
benedictū fructum Ventris tui nobis
post hoc exiliū ostende. O clemēs. O
pia. O dulcis maria. Dñe exaudi.
Et clamor meus. ⁊c. Orō.

Re igne sanctispūs renes nostros ⁊ cor nostrū dñe: Vt tibi
casto corpore seruiam⁹ ⁊ mūdo corde
placeamus. Oratio.

Oncede q̄s omnīs deus fragili
tati nostre presidiū: Vt qui sanc
te dei genitricis ⁊ virginis marie me=
moriā agim⁹ intercessiōis eius auxi
lio a nostris iniquitatibus resurga=
mus. Ecclesiā tuam. Vt supra.

Ingressus tēplū
cepit eijcere ven
dētes ⁊ emen. ⁊c.

Miserere mei fi
li dauid filia mā
male a demo. ⁊c.

Dñe sivis potes me mũdare: ꝛ extendens. ꝛc.

Et ꝓterieꝰ ihũs vidit hoiez cecũ a natiuitate. ꝛc.

Incipit officiũ sacratissime virginis marie secundũ vsum insignis ecclesie Eduensis. Et primo sabbato in vigilia aduentꝰ domini. Ad vesperas super psalmos. ãn. Missus est gabriel angelus ad mariam virginẽ desponsatam ioseph. ꝑs. Dixit dominus domino meo. cũ ceteris de beata maria. ℣ Capitulum.

Ece virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius ẽmanuel: butirum et mel comedet vt sciat reprobare malum et eligere bonum. Deo gratias. Hymnus. Aue maris stella. ℣ꝰ. Rorate celi desuper. ℟. Et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. ãn Spiritussanctus in te descendet maria ne timeas habens in vtero filium dei alleluya. psalmus. Magnificat anima mea. ℣ Oremus.

Deus qui de beate marie virgis
utero verbum tuum angelo nū
ciante carnem suscipere voluisti: pre-
sta supplicibus tuis vt qui vere eam
dei genitricem credimus: eius apud
te intercessionibus adiuuemur. Per
eundem. Cōmemoratio de om-
nibus sanctis. ān. Ecce dominus ve
niet et omnes sancti eius cū eo: & erit
in die illa lux magna allelupa. ℣. Le
tamini in domino & exultate iusti. ℟
Et gloriamini oēs recti corde. Dnō.

Resplenduit fa-
ces eius sicut sol
& vestimēta eius
facta sūt alba si
cut nix. Mathe.
xvij.

Onscientias nostras q̄sum⁹ dne
visitando purifica/vt veniēs do
minus noster iesus christus filiꝰ tuꝰ
cum omnibus sanctis suis paratā si
bi in nobis inueniat mansionē. Qui
tecū. Cōmemoratio pro pace. ān.
Veni domine visitare nos in pace: vt
letemur corā te corde perfecto. ℣. Fi-
at pax in virtute tua. Et abundātia

Accedẽtes pha-
risei iterrogabãt
eum.ꝛc.

Venit mulier de
samaria haurire
aquam.ꝛc.

in turribus tuis. ¶ Oremus.
Deus auctor pacis et amator be-
ritatis quem nosse viuere cui
seruire regnare est / protege ab omni-
bus impugnationib⁹ supplices tuos
vt qui in defensione tua confidimus
nullius hostilitatis arma timeam⁹.
Per dñm nostrum iesum christũ.ꝛc.
¶ Ad completoriũ per annũ.psalmi.
Hymn⁹. Virgo dei genitrix. Cp̃m.
Beatam me dicent.℣.Benedicta tu
in mulieribus ꝛ benedictus fruct⁹.ꝛc
ãn.Ecce ancilla dñi:fiat michi secũ-
dum verbum tuum.p̃s. Nunc dimit
tis.Oratio. Deus qui de beate ma-
rie virginis.vt supra. ¶ Dominica
prima aduẽtus.Ad matutinas. In-
uitatoriũ. Aue maria gratia plena.
Dominus tecum.p̃s. Venite exulte
mus domino.Hymnus. Quem ter-
ra ponthus ethera colũt.ꝛc.Vt supra.

ān. Prophete predicauerunt nasci salua-
torem de virgine maria. ℘. Do-
mine dominus noster. ān. Egredie-
tur virga de radice iesse et flos de ra-
dice eius ascendet: et replebitur om-
nis terra gloria domini: ℟. Videbit om
nis caro salutare dei. ℘. Celi enar-
rant gloriam dei ℟ opera. ān. Rorate
celi desuper et nubes pluant iustum:
aperiatur terra et germinet saluato-
rem. ℘. Domini est terra et plenitu-
do eius orbis terrarum. ℣. Ey syon
species decoris eius. ℟. Deus noster
manifeste veniet. Pater noster. Iu-
be domine benedicere. Alma virgo
virginum intercedat ꝓ nobis ad do-
minum.

Lectio prima.

Ec dicit dominus. Egredie-
tur℣ga de radice iesse℟ flos de
radice ei⁹ ascēdet. Et req̄escet sup eū
spūs dñi: spiritus sapiētie℟ intellect⁹

Jesus autē inclinans se deorsum digito scribebat.

De quinq̄ panibus ℟ duobus piscibus. Jo. vi.

Et cum intinxisset panem dedit iude symonis scā.

Cōstituerunt ei triginta argenteos et exinde.ꝛc.

spiritus consilii et fortitudinis: spūs scientie et pietatis: ⁊ replebit eum spiritus timoris dñi. ℟. Missus est gabriel angel⁹ ad mariā ṽginē desponsatam ioseph nuncians ei verbum ⁊ expauescit virgo de lumine. ne timeas maria inueniſti gratiam apud dominū. ecce cōcipies et paries. Et vocabitur alti ſſimi fili⁹. ℣⁹. Dabit illi dñs deus sedē dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternum. Et vocabitur. Jube. Dret voce pia pro nobis virgo maria. Amē. Lectio. ii.

Dn secūdum visionē oculorum iudicabit: neqz secūdum auditū aurium arguet. Sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro māsuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui et spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Et erit iusticia cinguluz lumboꝝ eius: ⁊ fides

cinctoriū renū eius. Tu. ℟. Aue ma
ria gratia plena dñs tecū Spiritus ſā
ctus ſuperueniet in te et virtus altiſ=
ſimi obūbrabit tibi. quod enī ex te na
ſcetur ſanctū vocabitur filius dei. ℣.
Quomodo fiet iſtud quoniā virū nō
cognoſco ℟ reſpōdens āgelus dixit ei
Spiritus ſanct⁹. Jube dōne. Ab hoſte
maligno eripiat nos ſancta dei geni=
trix virgo. Lectio. iii.

In diebus illis. Locutus eſt do=
minus ad achaz dicens. Pete ti
bi ſignum a domino deo tuo in profū
dum inferni: ſiue in excelſum ſupra
Et dixit achaz. Non petam et non
tentabo dominum. Et dixit. Audite
ergo domus dauid. Nunquid pa=
rum eſt vobis moleſtos eſſe homini=
bus: quia moleſti eſtis ℟ deo meo. Pro
pter hoc dabit dominus ipſe vobis ſi
gnum. Ecce virgo concipiet et pariet

Ut ergo dixit eis ego ſum abierūt retrorſum. ꝛc.

Quēcūq; oſcula tus fuero ipe eſt teneteeum.

Adduxerunt cū ad annaz primū Johannis.xviij.

Prophetisa nobis xpe qs ē qui te percussit.

filium: et vocabitur nomen eius em manuel. Butirum et mel comedet: vt sciat reprobare malū et eligere bonum. Tu autem. ℟. Suscipe verbū virgo maria quod tibi a domino per angelum transmissum est: concipies per aurem: deum paries et hominem vt benedicta dicaris īter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filiū: ⁊ virginitatis non patieris detrimētum: efficieris grauida: et eris mater semper intacta. Vt benedicta. Gloria. Suscipe. Et sic diebus. iv. lectionū repetitur hoc. ℟. Ceteris vero dieb⁹ minime. Sed dicit inter omnes mulieres. Non dicitur/ Te deū per totum aduētum vsqz in crastinum natiuitatis domini. Ante laudes. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Vt digni. ⁊c. In laudibus. ān. Missus est gabriel angel⁹. Vt supra.

ps. Dominus regnauit. vt supra.
Capitulum. Ecce virgo concipiet.
vt supra. Hymnus. O gloriosa dña.
vt supra. ℣. Benedicta tu in mulieri
bus. ān. Spiritus sanctus. vt supra
ps. Benedictus dominus de⁹ israel.
Oratio. Deus qui de beate. vt supra
Suffragia. vt supra. excepta colle
